



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

60. De oppressione infantum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Deparricidio. *Ex Lege Theodosiana*
lib. ix.

LVII. Si quis patrem, matrem, fratrem, Interpretat. I.
sororem, filios, filias, vel alios propinquos i. Cod. Theo-
occiderit, remoto aliorum genere tormento- dos. de parri-
rum, facto de coriis sacco, qui culleus nomi- cido.
natur, in quo cum missus fuerit, cum ipso
etiam serpentes claudantur, & si mare vicinum
non fuerit, in quolibet gurgite proiciatur, ta-
li poena damnatus nullo unquam tempore ob-
tineat sepulturam.

De domina quæ ancillam occidit. *Ex*
Concilio Elibertino.

LVIII. Si qua domina furore zeli inflam- Concil. Elibe-
mata ancillam occiderit, ita ut intra tertium rit. c. 5.
diem animam cum cruciatu emittat, eò quod Haligar. lib.
incertum sit voluntariè an casu occiderit; si 4. c. 5.
voluntariè, post septem annos, si casu, post Burchard. lib.
quinque annorum tempora, acta legitima pœ-
nitentia, ad communionem admitti placuit.

Si servus occiditur à domino dum verberibus
castigatur. *Ex Lege Theodosiana.*

LIX. Si servus, dum culpam dominus vin- Interpretat. I.
dicat, mortuus fuerit, dominus culpa homici- i. Cod. Theo-
dij non tenetur: quia tunc homicidij reus est, dos. De emer-
si occidere voluisse convincitur. Nam emen- dat. servor.
datio non vocatur ad crimen.

De oppressione infantum. *Ex Concilio*
Mogonciacensi.

LX. Si quis infantem suum incautè oppres- Burchard. lib.
17. c. 58.

236 R E G I N O N I S . L I B . II .
serit , aut vestimentorum pondere suffocaverit , & hoc post baptismum factum fuerit , quadraginta dies pœnitentia in pane & aqua , oleribus , atque leguminibus , & à conjugi se abstineat . Postea tres annos pœnitentia per legitimas ferias , & tres in anno quadragesimas observet . Quod si ante baptismum infans oppressus fuerit , proximos quadraginta dies ut supra pœnitentia . Postea verò quinquennium expletat .

Si per neglegentiam matris infans moritur non baptizatus . *Ex epistola Rabani ad Reginaldum Choropiscopum .*

Burchard. lib.
17. c. 59.

L XI . De infantibus autem qui mortui inviuntur cum patre & matre , & non appareat utrum à patre aut matre occisus sit ipse infans vel suffocatus , an propria morte defunctus , non debent inde securi esse nec sine pœnitentia ipsi parentes ; sed tamen in eis consideratio debet esse pietatis , ubi non voluntas sed evenitus mortis causa fuit . Si autem eos non latet ipsos ejus esse interfactores , scire debent graviter se deliquerisse . quod in Ancyrano Concilio comprobatur . Quidam autem trium annorum pœnitentiam hujusmodi hominis judicant esse debere , quorum ex his unum exigat in pane & aqua , atque se ab omni luxuria tempore pœnitentiæ suæ custodiat .

Concil. An-
cyr. c. 20.

De femina cuius filius per neglegentiam obierit non baptizatus . *Ex Pœnitentiali cap. xvii .*

L XII . Pariens femina , cuius filius per ne-